

2. τὰ γωμικά.

Notentur vs. 7. &amp; 13.

3. τὰ διευρηματικά.

Reqvirit istud caput 3. conciones, quarum (1) habenda ex inscriptione & prima parte generali. (2) ex secunda, tertia & quarta parte generali. (3) ex parte speciali.

vs. 7. &amp; 13. pertinent ad Dom. Voc. Jucund.

vs. 7. etiam ad 23. Trinit.

## CAPUT XXX.

*Ratio Connexionis.*

**H**Actenus Propheta in aliquot capitibus diuturniorem captivitatis *Babylonicae* durationem denunciavit: Jam in hoc 30. sicut & seqq. cap. 31. 32. & 33. subjicit fundamenta consolationum illi & aliis calamitatibus Ecclesiae obventuris pponenda.

*Argumentum Capitis.*

Totum hoc caput, sicut & seq est *ωροφνητικο & ελπιωτικόν*, eine Prophetische Trost-Predigt; & Lutherus in glosa marg. annotante est Prophecia de Messia nascituro & statu Ecclesiae N. T.

*Partitio capitis.*

Partes capitis generales duae constitui possunt. (1) Est Exordium usque ad vs. 3. (2) Narratio inde usque ad finem capitis.

*Usus.*

Monentur ministri Ecclesiae, ut comminationes legales & conciones de Cruce & afflictione promissionibus Evangelicis & vividis Consolationibus temperent, pro piis & poenitentibus, quorum fides hac ratione consulendam.

*Expositio 1. partis.*

In Exordio, auctoritatis Propheciae isti conciliandae gratia, mentio fit & *αυτορου & μεδου*, cujus ope & opera Prophecia ista ad posteritatem transmittenda. *Αυτορ*, est DEUS 2. Pet. 1, 21. *Μεδium*, quo Prophecia ista ad posteritatem transmittenda, est *Scriptura*. Ubi L. C. de Scriptura breviter repetendus. Sciendum itaque, quod

Verbo. 10

V. 1.

V. 29